Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.

Wien, 1799 Seite 1021

Quelle:
Copyright:

matutino dampnatur tempore Chriſtus &c. qui facile *Hildebertinis* adcenſeri poſſunt. Denique ut lectionis ſpecimen dem, en collatam Epiſtolam I.

Editio:	Codex:
abdicas lectionem	*locucionem*
cum natura non deliberas	Omiſſum *non*, cum omnibus Mſſ.
ad ſuperos	*ad celos*
abhorreat Doctor	*abhorreas*
exhibent chriſtianum. Nunc autem	*non exhibent chriſtianum. Hunc autem.* rectius.
Citra profectum proficit	*Citra perfectum* rectius.
totum offerri	*pecus offerri*
ſuum vovet, ſacrificium eſt	*ſuum aliquid deo vouet et aliquid non vouet*
niſi publicetur, elabitur	*niſi publicetur, cito elabitur.*

Itaque eo magis audiendum *Codicem* putem, quo propius ad Autoris tempora accedit.

II. *fol.* 41. p. 2. Brevis Obſervatio de *Syllabis*, quae accentu notandae ſint, et mox Ανακεφαλαιωσις longioris Operis in *Cantica Canticor.* hoc initio: *Ut labor noſter omnibus fiat fructuoſus breui epylogo cuncta repetamus. Hic liber ibi incipit, ubi humanum genus pacem id eſt gratiam dei per chriſtum recepit.* &c.

III. *fol.* 42. Vocabularium verba hebraica, graeca et minus obvia latina latine, ſaepe tamen etiam theotiſce, explicans, ſed, quod dolendum, in litera P. abruptum membranis deperditis. Incipit: *Adam homo uel terrenus. Abel uel pauor uel luctus uel uanus. Abram pater excelſus* &c. Dabo Gloſſarum theotiſcarum, quae ſemper ſuperlineares ſunt, ſpecimen: *Arrab phant. Acinax azger. Alfaltum* (ασφαλτος) *bitumen haz* (Harz). *Arula uas prunarum glutphanna. Attacus hebera* (Graculus). *Ariola huoba. Antempna ſegelruota. Abſintium wermut. Anetum tille. Apium epfi. Acies waffa. Allium clobelouc. Aſcolinium* (Ασκαλα, Caepa Aſcalonia, Echalote) *aſſelouc. Alapa orſlac. Aulicus boueline uel bouetrut. Aſpidiſcus uncinus crapho. Anſer gans. Aneta auis anith. Auena habero. Aruina ſmero. Auiarium uogelueida. Adolata* (Dolabra) *bartuo. Allabroz* (Allobrox) *gallus*, ridicule Gloſſator: *hano. Adulator loſer. Allido elido ibc Zecnuſe. Aurifrigium* (phrygium) *goltbort. Aurugo geloſocth.* Atque ita multa alia per ſequentes Literas.

IV. *fol.* 50. Membranis pluribus, ut ſupra dictum eſt, deperditis ſequuntur hic extrema Libelli, cujus haec Subſcriptio: *Explicit Diſputatio De Diaiectica Et*

De